

inimici vellent, quod nisi hęc consilium darent ?

DA. deceptu' sum, at non defetigatus. *PA.* scio.

45

670 *DA.* hac non successit, alia adoriemur via :

nisi si id putas, quia primo processit parum,
non posse iam ad salutem convorti hoc malum.

PA. immo etiam ; nam sati' credo, si advigilaveris,
ex unis geminas mihi conficies nuptias.

50

675 *DA.* ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo,

conari manibu' pedibu' noctesque et dies,

capitis periculum adire, dum prosim tibi ;

tuõmst, siquid praeter spem evenit, mi ignoscere.

parum succedit quod ago ; at facio sedulo.

55

680 vel meliu' tute reperi, me missum face.

PA. cupio : restitue in quem me accepisti locum.

DA. faciam. *PA.* at iãm hęc opũst. *DA.* em . . . sed
manẽ ; concrepuit a Glycerio ostium.

PA. nil ad te. *DA.* quaero. *PA.* hem nuncin demum ?

DA. at iãm hęc tibi inventum dabo.

MYSIS PAMPHILVS CHARINVS DAVOS ii

MY. Iam ubi ubi erit, inventum tibi curabo et mecum
adductum

685 tuõm Pamphilum : modo tu, anime mi, noli te macerare.

PA. Mysis. *MY.* quis est ? <e>hẽm Pamphile, optume mihi
te offers. *PA.* quid <id> est ?

MY. orare iussit, si se ames, era, iãm ut ăd sese venias :